ꝑ ipsam pfatam Conscriuariã suã ac eius successores hoc eodẽ iure permissorũ cũ vniuersis coherentiis et prerogatiuis, summam antedictam cũ suis vtilitatibus, emolumentis, tenendi habendi pacifice et quiete possidendi, cum plenaria facultate summã eandem tollendi, leuandi, percipiendi, de leuata et percepta quietandi, ac ꝑ eadẽ si non fuerit soluta iure agendi, permissaque tanquam sua propria, in suos et suorũ successorum beneplacitos quosuis vsus libere conuertendi, vigore Inscriptionis predictae originalis, ad permissa sibi seruienti, pfatam cessit et transfudit iuris.

Zgorskiey aduitalitas p maritum inscripta

Comparens personaliter coram Officio Actisque pntibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Nobilis Albertus Zgorski, sanus mente et corpore existens; a Terris districtibus, iuribus, iurisdictionibus suis quibusuis propriis et competentibus recedendo; huic autẽ Castrensi Premisliensi iurisdictioni se cũ successoribus ac bonis suis quibus omnibus, quoad actũ presentem alterum totaliter et plenarie incorporando subiiciendoque; palam, libere, publice, ac per expressum recognouit. Quia ipse Nobili Dorothea de Plesowice Fredrowna consorti suae legitimae, bonorum omnium suorum haereditariorum et obligatoriorum Mobilium et immobilium, summarumque pecuniariarum nunc habitarum et in posterũ habendarum, exceptis summis infrascriptis; prima videlicet Sex Millium florenorum pecuniae Polonicae, ꝑ se recognoscentem Nobili Alberto Zgorski filio suo cũ olim Nobili Hedwige Goslinowska prioris matrimonii consorte sua progenito, nec non in auro, argento, vestibus, vestimentis suis propriis in regestro manu sua propria subscripto contentis; summa Duorum Millium florenorum pecuniae Polonicae: Altera vero Quatuor Millium florenorum pecuniae Polonicae itidẽ ꝑ se recognoscentem Nobili Albe-

rto.

rto filio suo cum eadem olim priore consorte sua suscepto; tũ in auro argento clenodiis quibusdam, vestibus vestimentis, morte pfatae olim consortis suae derelictis ac regestro certo, sui recognoscentis manu propria subscripto specificatis, et in scriniis quibusdam seorsiue conseruatis, summa Duorũ Millium florenorum Polonicorum, simul et semel vna eademque inscriptione Actis Terrestribus Premisliensibus inscriptis, quae sub onus Inscriptionis praedictae cadere non debent, necnon auri, argenti, clenodiorum, vestium, pecorum, pecudũ, Equorum, totiusque supellectilis domesticae, nunc habitae et in posterum habendae, ad vitae eius tempora, aduitalitatem et vsufructum inscribit et concedit, tali videlicet modo: Quod si prius pfatum recognoscentem Nobilem Albertum Zgorski, quã ipsã Nobilem Dorotheam Fredrowna coniugem eius mori contigerit: Extunc pfata consors sua, bona predicta generaliter omnia haereditaria, obligatoria, Mobilia et immobilia, summasque pecuniarias ac res supplas omnes, morte eiusdem recognoscentis derelictas; cum omni eorundẽ iure dominio et proprietate, omnibusque et singulis eorum Vtilitatibus, fructibus, prouentibus, redditibus, emolumentis, obuentionibus, alterisque et pertinentiis generaliter vniuersis, nullis penitus exceptis, obtinebit et possidebit, illisque vtifruetur ad extrema vitae suae tempora: post mortem vero pfatae Nobilis Dorotheae Fredrowna coniugis sui recognoscentis, bona generaliter omnia supra specificata morte predicti recognoscentis derelicta ad successores eiusdem Nobilis Alberti Zgorski, sine quavis impeditione et contradictione predictae consortis ipsius Nobilis Dorotheae Fredrowna successorum; totaliter et plenarie deuoluentur. Hac sua presenti personali recognitione ad permissa omnia mediante.

Zgorski Iudici Præmisliensi recognitionem manualem roborat.

Comparens personaliter coram Officio actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Pre-
misliensibus Nobilis Albertus Zgorski, sanus mente et corpore existens,
a Terris, districtibus, iuribus, iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et com-
973 petentibus recedendo: huic autem Castrensi Premisliensi iurisdictioni
se cum successoribus ac bonis suis gratis omnibus, quoad actum praesen-
tem attinet totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo: palam,
libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia se et suos suc-
cessores de et super bonis suis omnibus Generoso Ioanni de [illegible]
Fredro Iudici Terrestri Premisliensi et ipsius successoribus inscribit et ob-
ligat praesentibus recognitionem certam manualem, per se recognificationem
cedit Generoso Iudici Terrestri Premisliensi sortem quandam verum et con-
ditionibus ibidem expressis, de actu et data diei hodiernae datam, manu
sua propria subscriptam, in omnibus conditionibus tam in toto quam
in parte tenere, atque ideo in omnibus et singulis eiusdem recogni-
tionis punctis, clausulis, articulis ligamentisque et nexibus gratis, u-
niversis eandem complere, exequi, ac inviolabiliter observare,
omnibusque et singulis illius contentis toties quoties opus fuerit sa-
tisfacere, praefatam recognitionem ad inserendam praesentem, et inscriben-
tem ad praedictam recognitionem vicissim referendo. Idque
sub vadio Trium Millium florenorum pecuniae Polonicalis per prae-
dictum recognoscentem Nobilem Albertum Zgorski eiusque successores
praedicto Generoso Ioanni Fredro Iudici Terrestri Premisliensi eiusque
successoribus, ob non completionem contentorum recognitionis praefatae, omnium
et singulorum tam in toto quam in parte, toties quoties opus fuerit
ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem vadio modo praemisso
ad solvendum succumbendo, ac pro re aliqua principali non completa complenda,

Citatus eciam

Citatus eciam memoratus recognoscens Nobilis Albertus Zgorski aut
eius successores ad Instantiam praedicti Generosi Fredro aut eius successorum
ad Officium praesens Castrense Premisliense, exunc recessu supposito, quoad
respondendum spectat mediante, in primo Citationis Termino tanquam
peremptorio, stare, iuri parere, respondere, pro vadioque praefato ac pro re
ipsa principali, pro qua ex praemissis non completa citabitur satisfacere
debebit et tenebitur, seque ac suos successores obligat: eundem Ter-
minum primum peremptorium, et alios omnes consequentes causae eiusdem
Terminos semper peremptorios vera infirmitate, pro maiori, minoren-
nitate successorum, legatione intra vel extra Regnum, servitio mili-
tari, ad munimenta, ad evictorem, vel aliis quibusvis dilationibus
et legalibus impedimentis non differendo, ad quaevis ulteriora praeter
Officii praesentis Castrensis Premisliensis terminis decisiones sibi non recipiens
nullasque motiones appellationes, ac earum prosecutiones faciens, ac praemissa
cum primis simplicibus, vel triplicatis, exceptionibus, suspensionibus, di-
latis iuris, Protectione Regni, bello, conventionibusque et aliis quibusvis
iuris remediis et defensis non subterfugiendo. Quod insertum ad praemissa [illegible]

Przypkowski Iastrzemskie cedit.

Comparens personaliter coram Officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Pre-
misliensibus Generosus Ludovicus Przypkowski, sanus mente et corpore existens,
a Terris, districtibus, iuribus iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus
recedens; huic autem iurisdictioni Castrensi Capitaneali Premisliensi, quoad a-
ctum praesentem attinet, se cum successoribus bonisque suis gratis omnibus totaliter
et plenarie incorporans atque subiiciendo: palam, libere, publice ac
per expressum recognovit. Quia ipse de omni et integro iure suo [illegible]
de inscriptione Terrestri Premisliensi originata per Generosum Albertum Herbortt de
Fulsztyn cum assistentia Magnifici Ioannis Felicis Herbortt in Dobromil [illegible]